

## ZACHARIAS Mitylenensis Ep. († post 536)

## HISTORIA ECCLESIASTICA

**1521** Cap. I. Mortuo fidi principi Theodosio, imperium obtinuit Marcianus, qui instante apud eum uxoremque eius Pulcheriam Leone Romano, congregari iussit synodum, quae reapse coacta est Chalcedone, anno Alexandri Macedonis 764, convenientibus ad eam episcopis sexaginta quatuor supra quingentos. Sed tamen Theodoretus Cyri episcopus Leonem antea concitaverat ad scribendum ad Flavianum eam epistolam, quae dogmatica dicitur, Eutychianae doctrinae adversantem. Scribens itaque Leo, Theodoretum Marciano Augusto eiusque coniugi impense commendavit: qui quidem Augustus Nestorii doctrinam hauserat, eiusque dogmatibus adhaerebat: quare et ipsum ex exilio per Ioannem tribunum una cum Dorotheo Marciani ipsius populari, Nestorii socio, revocaverat. Porro redux Nestorius sanctam Virginem Deiparam coepit his verbis irridere: «Quid est Maria? Adhuene Mater Dei vocatur?» Moxque ei poena Dei vindicta supervenit, veluti olim Ario, qui in Dei Filium blasphemus fuit: etenim iumento deiectus Nestorius, coneisa lingua, atque ore vermis abroso, in itinere extinctus est; cum eoque simul Dorotheus socius obiit: quibus auditis, doluit imperator, neque hanc rem sine suspicione et cura transmisit.

PROCOPIUS Gazaeus<sup>1</sup> (465 † 530/538)

## COMMENTARII IN GENESIN

**1522** Cap. III, 16. [...] «Ο Αδάμ οὐκ ἤπατήθη, ἡ γυνὴ ἀπατηθεῖσα ἐν παραδόσει γέγονεν». «Ἐνθα δὲ συνέδη τὸν μὲν ἄνδρα ἀπατᾶσθαι, τὴν δὲ γυναῖκα μένειν ἀνεξαπάτητον· καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς εὐθὺς περιτρέπεται, καὶ δίδωσιν αὐτῇ τὸ διδάσκειν, λέγων· «Τί γάρ οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις»; πᾶς δὲ πρὸς σωτηρίαν ἥγοντας, ἀρχῶν τοῦ σωζομένου καθίστη-

**1522** Cap. III, 16. [...] *Adam non deceptus est, sed mulier circumventata transgressioni facta est obnoxia.*<sup>2</sup> Ubi vero fieri potest, ut imponatur viro, et mulier evadat doli et fraudis laqueos, ibi continuo mulieri iterum tribuitur imperii dignitas, ut doceat, quod quidem patefit ex his Pauli verbis: «Qui namque scis, mulier, an maritum sis ser-

<sup>1</sup> Vel Gazensis.<sup>2</sup> I Tim. II, 14.

κεν· οὕτω πανταχοῦ ἡ μὲν ἀρετὴ ἀρχικόν, ἡ δὲ ἀμαρτία δουλοπρεπές, δι’ ἣν γυνὴ κατακρίνεται λύπη καὶ στεναγμῷ καὶ δουλείᾳ, μέχρι τὴν ἀρὰν διὰ τὴν φιλανθρωπίαν ἔλυσεν ὁ Χριστός, τεχθεὶς διὰ γυναικός· καὶ ἐπειδὴ ὑπαιτία οὖσα ἤδηντα τεκεῖν τὸν ἀνεύθυνον, προδραμών ἄγγελος τῇ χαρᾷ τὴν λύπην διέλυσε, προσοίμιον τοῦ λόγου τὸ «Χαίρειν» εἰπών· καὶ τὴν αἰτίαν ἐπήνεγκεν· «Ο Κύριος μετὰ σοῦ» εἰκὼν γάρ αὕτη τῆς Εὐας ἐτύγχανε· παρθένος γάρ ἐκατέρᾳ· καὶ Εὔα γάρ παρθένος οὖσα ἡμαρτεν· δὲλλ’ ἡ μὲν ἔσχε τὴν λύπην ἐξ ὅφεως, καὶ ταῖς ἐφεξῆς ἀπάσαις καὶ αὐταῖς ἡμαρτηκυίαις τῆς λύπης μετέδωκεν· ἡ δὲ τὴν χαρὰν ἐκ Θεοῦ· καὶ τὴν ἀρὰν τοῦ γένους διέλυσε, καὶ τόκος ἀπαθῆς τὸν ἐν στεναγμῷ καὶ λύπαις κατέπαυσεν· διθεν τὴν μὲν πάντες αἰτιῶνται, τὴν δὲ μακαρίζουσιν ἀπαντες· καὶ ὡς πρόσωπον ἔχουσα τῆς Εὐας φησίν· «Ιδού γάρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί»· τὸ «ἀπὸ τοῦ νῦν» πρὸς ἀντιδιαστολὴν προσθεῖσα τοῦ φθάσαντος χρόνου, καθ’ ὃν τῆς λύπης καὶ τοῦ στεναγμοῦ τὴν αἰτίαν ἐφέρετο· καὶ τὴν ἀρχὴν εὐθὺς ἔσχεν ὁ λόγος· ὡς γάρ Ἰησοῦς είστηκει διδάσκων, φησί τις γυνὴ πρὸς

vatura? » Qui vero alii salutis praecepta suggesterit, is servati dux et dominus constituitur. Unde liquet virtutem semper et ubique dominationis et imperii esse causam: sed peccatum semper inducere turpem servitudinem. Quapropter mulier, secundum sententiam Dei, addicta est doloribus, luctui et gemitibus, imo et execrationi, quam tamen benignus Christus natus ex muliere sustulit. Cum peccatis impedita nequivisset parere inculpatum, angelus praecurrens et gaudio exultans, laetum nuntium obiicit, sic orationis exordium faciens: *Ave.* Hinc causam laetitiae subdit: *Dominus tecum.*<sup>1</sup> Maria enim typus Evae fuit. Utraque siquidem virginitate vigebat. Verum Eva in virginitate existens, deliquit. Proinde tristitiam et dolores a serpente traxit, quos deinde transfudit in omnes peccatrices mulieres, quae secutae sunt saeculis omnibus. Verum Maria gaudium et laetitiam toti mortalium generi obnuntiavit, humanique generis maledictionem, in quam devenerat, fugavit. Praeterea partus doloris expers, finivit eum, qui cum multis doloribus fit. Ideo Evam omnes culpant et incusant. Mariam omnes laudant et beatam pronuntiant: quae, quasi personam Evae gerens, inquit: *Ex hoc beatam me dicent omnes generationes.*<sup>2</sup> *Ex hoc*, etc., additum est ad distinguendum praeteritum tempus, in quo, ut causa dolorum et gemituum, Eva criminabatur. Hic sermo statim ab initio vires habuit. Nam cum Christus stetisset suam sacrosanctam doctrinam spargens, quaedam

<sup>1</sup> Le. I, 28.

<sup>2</sup> Le. I, 48.

αύτόν· « Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ οἱ μαστοὶ οὓς ἔθηλασσας ».

mulier acclamavit: *Beatus venter qui te portavit, et ubera quae suxisti.*<sup>1</sup>

#### COMMENTARII IN EXODUM

- 1523 *Aureum caput, et aureum corpus, etc.* Quia Christus, qui templum PG  
censemur, ex Virgine prognatus, coelesti natura ditavit suum domi- 87, 645  
ciliū, scilicet beatam Virginem.

#### COMMENTARII IN LEVITICUM

- 1524 *Mulier quae conceptio semine peperit marem, etc.*<sup>2</sup> Suffecerat di- PG  
xisse: Mulier si peperit filium. Sed excipit sanctam Virginem, quae 87, 729  
nullius seminis interventu filium enixa est. Nam cum conceptus  
esset de Spiritu sancto, non requierebatur ad sanctorum primoge-  
nitum gignendum seminis fusio. Hunc primogenitum sanctorum  
credito esse primitias illorum qui regenerantur per Spiritum sanc-  
tum, de quibus ita profatur: *Qui non ex sanguinibus nec ex voluntate*  
*carnis, sed ex Deo nati sunt.*<sup>3</sup>

#### COMMENTARII IN ISAIAM

- 1525 Cap. VII, 13. [...] « Ἀκούσατε δή, οἴκος Δαθίδ ». 'Ο μὲν Θεὸς οἶα φιλάν- PG  
θρωπος « σημεῖον » ὑμῖν ἡδουλήθη « σωτῆριον » παρασχεῖν, δι' οὗ τοὺς δύο βα- 87bis  
σιλέας νικήσετε. 'Υμῶν δὲ ἀπειθησάντων, οὐδ' οὔτω παρεῖδεν ἀπολλυμένους.  
Τὸ γάρ σημεῖον ὑμῖν καὶ μὴ βουλομένοις χαρίζεται παράδοξον ὅν, καὶ οἶον  
οὐκ οἶδεν ἡ φύσις. Θεὸς γάρ « ἐκ Παρθένου » τεχθήσεται, γαμικῆς συνόδου  
χωρίς.

- 1525 Cap. VII, 13. [...] *Audite vero, domus David.*<sup>4</sup> Statuerat Deus PG  
vobis, pro suo in homines amore, *salutis signum*, quo a vobis reges  
duos superatum iri crederetis, tradere. Quod etsi credere recusatis,  
ne sic quidem vos tamen in perniciem vestram ruentes praeterit.  
*Signum* enim vobis etiam invitis, *signumque*, inquam, quod omnium  
superat opinionem, cuiusmodi nec natura quidem ipsa novit, lar-  
gitur. Deus enim *ex Virgine*, nullo nuptiali congressu nascetur.

<sup>1</sup> Le. XI, 27.

<sup>2</sup> Lev. XII, 2.

<sup>3</sup> Io. I, 13.

<sup>4</sup> Isa. VII, 13.

1526

PG  
87<sup>bis</sup>,  
1964

[...] Πῶς «σημεῖον»; Πῶς δὲ πάλιν «'Εμμανουὴλ» προσηγόρευται; "Οτι δὲ καὶ τὴν «Παρθένον νεᾶνιν» ἴδιως κέκληκεν ἡ Γραφή, δῆλον ἔξ ὧν ἐν Δευτερονομίῳ φησίν· «Ἐὰν δὲ ἐν τῷ πεδίῳ εὕρῃ τὴν παιᾶντα τὴν μεμνηστευμένην, καὶ ἐκδιασάμενος κοιμηθῆ μετ' αὐτῆς, ἀποκτενεῖτε τὸν ἄνθρωπον μόνον. Καὶ τῇ νεάνιδι ποιήσετε οὐδέν», καὶ τὰ ἔξης. Καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Βασιλειῶν, ἡ θάλπουσα τὸν Δασίδι παρθένος ἡ Ἀβισάκ «νεᾶνις» εἴρηται, περὶ ἣς φησιν· Καὶ ὁ βασιλεὺς οὐκ ἔγνω αὐτήν. 'Εκ «Παρθένου» τοίνυν ἀγίας ὁ «'Εμμανουὴλ», τῆς εἰπούσης· Καὶ πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἀνδρα οὐ γινώσκω; Πρὸς ἣν εἶπεν ὁ ἄγγελος· Πνεῦμα ἀγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Αὐτὴν ὑπόδικος οὐκ ἔστι τῷ περὶ καθαρισμοῦ νόμῳ. Φησὶ γὰρ ἐν Δευτερονομίῳ· Γυνὴ ἥτις ἀν σπερματισθῆ καὶ τεκῇ ἀρσεν, ἀκάθαρτος ἔσται ἐπτὰ ἡμέρας. Μὴ σπερματισθεῖσα δὲ τοῦ «'Εμμανουὴλ» ἡ μήτηρ, καθαρά τέ ἔστι καὶ ἀμίαντος. 'Επεὶ γὰρ ὁ πρῶτος Ἀδάμ οὐκ ἐκ συνόδου γέγονε γαμικῆς, ἐκ δὲ τῆς γῆς ἐπλάσθη ληφθείς, καὶ δ ἔσχατος ἀνακανίζων αὐτοῦ τὴν φθοράν, ἐν τῇ παρθενικῇ μήτρᾳ διαπλασθὲν τὸ σῶμα λαμβάνει, \* ὡς ἀν ἐν ὁμοιώματι γένηται τῷ τῆς ἀμαρτίας διὰ σαρκός.

1526

PG  
87<sup>bis</sup>,  
1963

[...] Sin autem communis est generationis modus; qui *signum* iam exsistere, qui rursus *Emmanuel* nominari queat? Caeterum ne non de *virgine puellae* nomen etiam peculiariter usurpari putent, id ex Scripturae verbis in Deuteronomio patebit, sic enim legitur: *Si autem in agro repererit vir puellam, quae despontata est, et apprehendens concubuerit cum ea, ipse morietur solus; puella nihil patietur.*<sup>1</sup> Tertio praeterea Regum volumine, quae Davidem fovebat virgo, Abisac nomine, *puella* dicitur; quam non regem cognovisse testatur historia.<sup>2</sup> Natus est ergo ille *Emmanuel* ex sancta *Virgine*; cui, cum illa quomodo futurum istud esset, quia virum non cognosceret, postulasset; in eam Spiritum sanctum esse illapsurum, virtuteque Altissimi obumbraturum respondit angelus.<sup>3</sup> Nequaquam enim legi Deuteronomiae quae mulierem admisso semine masculum enixam septem dies immundam haberi volebat, obnoxia fuit.<sup>4</sup> Sed nullo seminis auxilio facta *Emmanuelis* mater, pura, intemerataque remansit. Quoniam enim primus ille Adamus, non nuptiali coitu procreatus fuerat, sed terra efformatus: et hic ultimus, qui eius corruptionem renovat, in virginis utero corpus sumit efformatum, ut eius similitudinem habeat, quod peccato per carnem natum est.

\*1966

<sup>1</sup> Deut. XXII, 25-26.

<sup>2</sup> III Reg. I, 3-4.

<sup>3</sup> Le. I, 34-35.

<sup>4</sup> Levit. XII, 2.

● PG 87, 813, 1081. PG 87bis, 1737, 1960, 1966, 1976, 1988, 2005, 2144, 2145, 2464, 2520, 2525.